

Schema "De Ecclesiae principiis et actione ad bonum societatis promovendum"

La dernière partie du titre est trop ambiguë ...

Caput III. "De matrimonio, familia <sup>et</sup> (et de problemate demographico)"

Tripl  
del  
GS/2

1.- Matrimonii sensus in sua prima institutione.-

a) (Fecit hominem masculum et feminam) Deus omnipotens dicens:

O  
F1  
5

"Non est bonum esse hominem solum" (Gen 2, 18) fecit illum ab initio masculum et feminam (Cf. Gen 1, 27), benedixitque eis: "Crescite et multiplicamini, et replete terram" (Gen 1. 28). Utrique, viro et mulieri, aequaliter communicavit dignitatem hominis qua personae et ad imaginem Dei facti; quae resplendet etiam in distincta eorum proprietate qua referuntur ad invicem simul et ad Deum; et specialius adhuc manifestatur eo quod in matrimonio ad opus procreationis

igualdad complementaria

10

vocantur, origini et incremento personae humanae inserviando et in propagatione generis humani ipsi Creatori cooperando. "Propter hoc dimittet homo patrem, et matrem, et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una" (Mt 19, 5; cf. Gen 2, 24; Eph 5, 31). Quod sane modo humanae conditioni nec non obiectivae ordinationi matrimonii

capitulos  
I. II. III. IIII  
demande par des couples

15

congruo fieri non potest quin unusquisque dono intimi amoris plenaeque fidelitatis adhaereat ut sint etiam cor unum et anima una, sicque sacra fecunditas carnis etiam ex mutuo et sancto amore procedat unde utriusque perfectio augeatur.

comparti

prise en charge de la vocation de l'autre.

b) (Castitatis virtus) Est igitur doctrina catholica aequae alienae tum ab omni humanae sexualitatis deminuta aestimatione, sive biologica, sive psychologica, sive sociologica, cum ab exaggerata eorum

20

opinionem qui perfectionem humanae personae in hac sexuali ratione quasi exhauriri autumant. Sed necessariam atque Dei gratia possibilem tenet virtutem castitatis, quae nullo modo in privatione consistit sed in vere humano ac christiano dominatu quo sensus <sup>in ambitu sexualitatis</sup> rationi subiciuntur

F2

Art. Sect.

25

et persona ipsa ad altiora extollitur. Certe omnis facultatis procreativae usus extra matrimonii iura et saepta naturam humanam deprimit

A1

F<sub>2</sub> } et laedit ideoque et divinam legem offendit. Relatio vero sexuum eorumque officium in matrimonio per castitatem ita evehuntur ut digna omnino sint homine ad imaginem Dei creato.

2.- Sacramentum Matrimonii.-

5 a) (Sacramenti nobilitas) Homo lapsus matrimonium in splendore  
F<sub>3</sub> | primae suae institutionis non servavit, quod tamen <sup>conjugibus</sup> vim humanae vitae  
et societati inserviendi non amisit; duritia vero cordis humani non  
raro depravatum (cf. Mt 19, 8 ss) Dominus Noster Iesus Christus ad  
suam primigeniam unitatem et indissolubilitatem, humanae naturae ac  
10 personali dignitate summopere consentaneas, reduxit, illudque ad sacramentalem oeconomiam elevavit ita (ut iam inter baptizatos nullum  
dari possit matrimonium verum quin sit eo ipso sacramentum). Hac autem  
indole tanta est christiani connubii nobilitas et sanctitas ut  
ipsum purissimam atque fecundissimam Christi unionem cum Ecclesia  
15 repraesentet et sponsi in proprio eorum statu, sacramentali gratia  
suffulti, symbolum ac testes esse possint atque debeant caritatis  
Salvatoris ad bonum etiam totius societatis humanae.

A II | b) (Divortium civile) Errant qui putant civile divortio matrimo-  
niale vinculum valide initum dissolvi; et si leges Statuum hoc aliquan-  
do permittant, nemo potest dubitare earum efficacia ad verum matrimo-  
nium minime attingere posse. Plurima autem lugenda consecretaria omnes  
norunt ex hac praxi tum ipsis coniugibus tum filiis tum etiam societa-  
ti obvenire.

+ Sacri  
"eligitur" 25 | c) (Coelibatus praestantia) Quando ex ipsius Dei vocatione simul  
ac dono, propter amorem regni coelorum sacer coelibatus <sup>v</sup> amplectitur,  
tunc mirabilis Christi cum Ecclesia coniunctio alia via significatur

F<sub>5</sub> | cui vis est statum eschatologicum Ecclesiae Sponsae <sup>v</sup> praeannuntiandi at-  
que quodammodo anticipandi. Doctrina catholica indubie confitetur <sup>v</sup> sta-  
A II | tum coelibatus vel virginitatis matrimonio perfectiorem esse; attamen,

A<sub>3</sub>

consideratis peculiaribus circumstantiis, status conjugalis commenda-  
bilior esse potest: vero etenim sensu Dei vocatione ad matrimonium da-

quid, utpote status  
vitae christianae,  
metus propriis ~~servantur~~  
verae sanctitatis acqui-  
rentiae et exercendae  
certo non caret

tur ordinatio, <sup>quia, utpote status vitae christiana metus propriis verae sanctitatis  
acquirendae et exercendae certe dicitur.</sup>

3.- Natura et exigentiae matrimonii.-

5

Ex dictis perspicitur instituti matrimonialis, sicut ipsius sexuum  
differentiae, finem specificum ac primarium humani generis esse propa-  
gationem. Haec autem non animalis tantum, sed humana esse debet et

F<sub>6</sub> |

christiana, ut proles, quae humanae personae dignitate pollet, non in-  
conscie sed <sup>responsabiliter</sup> rationabiliter desideretur, amanter recipiatur nec non sol-

F<sub>7</sub> |

10 F<sub>8</sub> |

lenter educetur. Oportet insuper ut parentes ipsi veram constituent  
communitatem in qua amore mutuo magis ac magis uniantur sese invicem  
complementes et perficientes, ad quod sacramentali gratia iuvantur.

A<sub>4</sub>

Amoris conjugalis veram puritatem sponsi colunt si eiusdem signa

F<sub>9</sub> |

sibi debito modo praestantes ordinem naturalem condignae propagationi

15

inditum servant. Ne gravissimis quidem rationibus hunc propria indus-

F<sub>10</sub> ||

tria separent ab illis naturalibus bonis ac finibus qui insuper ipsis  
ipsorumque societati eodem commercio gignuntur.

Sancta et inviolabilis sit parentibus proles vita conceptae, siqui-  
dem iam ante partum ipsa dignitate et iure vere humano praedita est,  
cuius proinde actio directe occisiva proprie inter crimina annumeratur.


F<sub>11</sub> |

A ||

Supra autem omnia iura officia et virtutes vitae conjugalis, pro-  
prium principatum obtinet caritas <sup>s</sup> ~~supernaturalem~~ <sup>is</sup> ~~is~~, quae omnes Dei in-  
tentiones implet et complet. Ipsa enim "patiens est, benigna est. Non  
agit perperam, non quaerit quae sua sunt, non irritatur, non cogitat

25

malum: omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet" (cf  
I Cor 13, 4 - 7). Quodsi Apostolus docet in caritate plenitudinem le-  
gis inveniri (cf. Rom. 13, 10), hoc certe non minus de matrimoniali statu  
quam de tota christiana vita valet.



4.- Societas familiaris.-

F I  
12

a) (Eius natura) Ex matrimonio legitime oritur familia, homini + naturaliter necessaria, propriis bonis ornata quae ab aliis societatibus praestari nequeunt, licet ab his, ut proprios fines reapse consequi valeat, iuvari ac promoveri possit ac debeat. Habet enim familia suam essentialem a Conditore inditam interiorem structuram, qua, sicut omnis societas humana, bono et perfectioni personarum ordinatur.

A II  
10

Vir naturaliter praeest toti familiae, uxori tamen tamquam sociae peculiariter honorandae et diligendae. "Vir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiae" (Eph 5, 23). Familiae pro regionum et temporum conditionibus multum inter se differunt. Studeant igitur omnes quibus familiaris instituti cura incumbit condiciones istas ita cognoscere ut determinare possint quomodo <sup>e</sup> essentialis <sup>e</sup> finis domesticae societatis tanquam unitatis naturalis, iudiricae, moralis et oeconomicae, meliori modo attingi possint.

*in his diversis  
circumstantiis*

15

b) (Filiorum numerus) Coniugum ultimatum ius et officium est determinandi numerum prolis appetendae. Ipse coniugalis amor, si verus amor sit et praesertim si caritate elevatur, egoistice inter duos sponso clausus remanere nequit; ipsa sua propria natura generose tendit ad fecunditatis fructum, scilicet novam <sup>s</sup> humanam <sup>s</sup> personam <sup>s</sup> procreandam et educandam. Minime tamen ignorat S. Synodus quot et quantae difficultates, hodiernis praesertim in adiunctis, coniugibus occurrere solent. In singulis casibus ponderandum erit quid condiciones individuales, quid bonum totius familiae et societatis, quid praevisae possibilitates puerorum humanae et christianae educationis innuant, iuxta dictamina prudentiae christianae quae sacrificia non timet et tamen, fide illustrata ac spe roborata difficultatum, plene conscia esse debet. Societatis institutiones ad hoc cooperentur ut coniuges <sup>s</sup> propria responsabilitate hanc quaestionem solvere possint.

*ipsi*

A + II  
5

Omnes vero in scientiis biologicis, psychologicis, medicinalibus ac socialibus peritos, S. Concilium invitat ut in investigationibus consociatis viribus pergant, theologis etiam cooperantibus, sicque coniuges ad difficillima implicataque conflictata circa liberorum numerum (simulque matrimonii usum, honeste secundum christianam legem solvenda quam maxime iuventur.

c) (Sensus educationis) Parentum sanctum est, verbis praesertim propriis et exemplis, prolem educare tum quoad naturalia et terrena cum maxime quoad supernaturalia et aeterna. Unde imprimis ipsi parentes curare debent ut iam a prima aetate liberi religiose educantur quoad elementa religionis christianae rectamque observantiam legis evangelicae. Filii autem sic etiam in humanis disciplinis, pro uniuscuiusque captu et condicione, colendi sunt ut propriam personalitatem evolvant et pares evadant opem terrenis structuris efficaciter conferendi, quod sane munus, vere humanum et christianum, ultimatim in Regni Dei bonum cedit.-

(matris sanitatem) 5  
(?)

10

15

Dans ce dernier paragraphe, il faudrait peut-être un mot (des évêques français m'ont suggéré) sur la préparation au mariage ou l'éducation de la chasteté (pour ne pas dire encrement "éducation sexuelle"). Dans la civilisation actuelle, le rôle des parents chrétiens va devenir de plus en plus important.

los esposos y la familia participan en el apostolado de la Iglesia.